

1) Quis est quī haec rēgī ipsī dīcere audeat? Multī sciunt quendam cīvem multa eī dīxisse.

2) Quid est quod Adrielinus ipse facere nōn audeat?

3) Sī quid novī fiet, nōs omnēs gaudēbimus.

4) Suum cuique redde.

5) Quisquis fuit ille deōrum rapidum ignem ē nūbibus iaculātus est.

6) Quem nostrum esse formōsiorem Venere ipsā arbitrāris?

7) Sī quem, ut hanc Rem Publicam regat, senātus legat, ipse intellegat artem līberī populī gubernandī.

8) Quemque mediō in proeliō laborantem suīs oculīs vīdimus. proelium, -ii (n) battle

9) Sī quis hōrum cīvium ipsam cīvitātem vī oppugnāre audeat, eī mortem statim inferāmus.

10) Quamdiu quisquam erit, quī tē defendere audeat?  
*quamdiu* - for how long

11) Passer meae puellae mortuus est quī nunc it per iter tenebricosum illūc, unde negant redīre quemquam. *nego* (1) to deny, to say...not *tenebricosus, a, um* - full of darkness

12) Multī quidem quidquid dē nostrō rēge dīcerētur credere volēbant.  
*quidem* (postpositive) in fact, indeed

13) Est enim hoc Gallicae consuetudinis, uti et viatores etiam invitos consistere cogant et quid quisque eorum de quaque re audierit aut cognoverit quaerant.

*consuetudō, consuetudinis* (f) custom, tradition *uti = ut* *invitus, a, um* - unwilling(ly) *consisto, consistere* - to stop, to cause to halt *cogo, cogere* - to compel *cognosco, cognosere, cognovi* - to learn *quaero, quaerere* - to seek

14) When Caesar's army was in chaos:

Accidit ut milites ab signis discederent et quae quisque sibi eorum carissima haberet, ab impedimentis petere atque arripere properaret.

*accido, accidere, accidi* - to happen *signum, signī* (n) battle standard *discedo, discedere* - to depart, to scatter *carus, a, um* - dear *habeo, habere* - to hold; to consider *impedimentum, -ī* (n) baggage, equipment, stuff *peto, petere* - to seek, to look for *properō* (1) to hasten, to rush

